

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Cornelius Nepos perperam vulgo Aemilius Probus dictus,
De Vita Excellentium Imperatorum**

Nepos, Cornelius

Lipsiae, MDCCXIV

VD18 12591890

X. Dion.

urn:nbn:de:gbv:45:1-16472

gem eum mittere velle, ¹³ magna festinatione.
¹⁴ huius nuntio parens cum venisset, in ¹⁵ vincu-
 la coniectus est: in quibus aliquam diu fuit.
 Nonnulli eum ad regem abductum, ibique pe- ⁴
 rille scriptum ¹⁶ reliquerunt. Contra eam ¹⁷ *Dion*
 historicus, cuius plurimum de Persicis rebus ¹⁸
 credimus, effugisse scripsit: illud ¹⁸ addubitat,
 vtrum Tiribazo sciente, an ¹⁹ imprudente sit
 factum.

¹³ magna] i. e. in. ¹⁴ huius] Tiribazi.

¹⁵ in vincula] in carcerem.

¹⁶ reliquerunt] Ex his etiam Diodorus Siculus est. Nam
 XV. 43 scripsit Iphicrates veritus, ne συλλαβῆν καὶ τιμωρίαν
 τούτου, καὶ ἀπερ Κόνων ἐπαθεν ὁ Ἀθηναῖος, captus suppli-
 cio adficiatur, quemadmodum Conon Atheniensis passus erat. C.

¹⁷ *Dion*] Dino, vt Plinius X. 49 refert, pater Clitar-
 chi fuit celebrati auctoris, cuius etiam Curtius mentio-
 nem fecit IX. 5. 21. Scripsit, vt etiam Athenaeus II. 23.
 auctor est. historiam Persicam. Περσικὴν πραγματείαν. C.

¹⁸ addubitat] aliquantulum dubitat.

¹⁹ imprudente] prudens est idem ac providens. Impri-
 dente ergo Tiribazo hoc factum dicitur, h. e. sine ipsius
 providentia vel scientia.

lor X. Adelfor

DION.

ARGUMENTVM.

1. Dion & genere & adfinitate Dionysiorum nobilis, maiori prae-
 fertim intus ac saepe legatus: 2. a quo impetrat, vt Pla-
 to adducatur, cui imprimis carus fuit. Regni sperans di-
 visionem, 3. offendit minorem Dionysium, Platonis tamen
 reditum ab eodem obtinet, cuius consilium Pinitus aduersatur.
4. Dion Corinthum deportatur, vxor traditur alii, filius pes-
 sime corrumpitur. 5. Vlturus iniuriam duabus nauibus
 validum regnum oppugnato & tyrannum ad pacationes adi-
 git. 6. Mutatur fortuna morte filii, & factione Heraclidis,

F 2

cuius

cuius caede populum a se alienat; 7. largitionibus militem concilians, admittit oprimates, vulgo tyrannus appellatur. 8. Callicratis insidiis ac periurio deceptus, 9. domi suae die festo occiditur. 10. fit tumultus & plurium caedes: poenitet populum, & ut liberatorem patriae, publice sepelit.

I **D**ion Hipparini filius, ¹ Syracusanus ² nobili genere natus, ³ utraque ⁴ implicatus tyrannide Dionysiorum. namque ⁵ ille superior ⁶ Aristomachen, sororem Dionis, habuit in matrimonio: ex qua duos filios Hipparinum & Nisaeum procreavit: totidemque filias nomine ⁷ Sophrosynen & Areten. ⁸ quarum priorem Dionysio filio eidem, cui regnum reliquit, ⁹ nuptum dedit; alteram Areten Dioni. Dion autem praeter nobilem propinquitatem, generosamque maiorum famam, multa alia ¹⁰ ab natu-

Cap. I. ¹ Syracusanus] Syracusae nobilis Siciliae vrbs. Vid. Tab. IV.

² nobili] ex. ³ utraque] in.

⁴ implicatus] verwikelt.

⁵ ille superior] prior ex duobus Dionysiis Syracusarum tyrannis.

⁶ Aristomachen] duas duxit vno die, Locrensem civem, e qua Dionysium genuit; & hanc Aristomachen, sororem Dionis. Cic. Tusc. V. 20. Diodor. XVI. 6. Plutarch. p. 919. C.

⁷ nomine Sophrosynen & Areten] vox nomine, e mss. addita. Bos. Nomina ipsa virtutum sunt, miraturque Plutarchus II. Fort. Alex. quare vitiosissimus tyrannus illa filiabus indidisset. C.

⁸ quarum] ex quarum filiarum numero.

⁹ nuptum] supinum, pro ut nubat. Nubere autem de mulieribus usurpatur, quemadmodum ducere de viris.

¹⁰ ab natura] Supra Miltiad. c. 3. n. 3. Ab ante S. commendavimus: nunc defendendum ante N. cui saepe numero Livius praeponeit. Lib. XXIII. 46 ab nota: XXIV. 46

ra ha-

ra habuit bona. ¹¹ in his ingenium docile, come, aptum ad artes optimas: magnam corporis ¹² dignitatem, quae non minimum commendat: magnas praeterea diuitias a patre relictas, quas ipse ¹³ tyranni ¹⁴ muneribus auxerat. Erat intimus Dionysio priori, neque minus ³ propter mores, quam affinitatem. namque etsi Dionysii crudelitas ¹⁵ ei displicebat, tamen ¹⁶ saluum esse propter ¹⁷ necessitudinem, magis etiam suorum ¹⁸ causa studebat. aderat in magnis rebus: ¹⁹ eiusque ²⁰ consilio ²¹ multum mouebatur ²² tyrannus, nisi qua in re maior ²³ ipsius ²⁴ cupiditas intercesserat. ²⁵ Legationes ⁴ vero, quae essent illustriores, per Dionem ad-

ab nocte media: XXVII. 20 ab nomine Scipionis: XXXIII. 7

ab nec opinato visis. C.

¹¹ in his] inter haec bona.

¹² corporis dignitatem] virilem pulchritudinem: & ita dignitas Eumene c. II. n. 5 sumi videtur, si salua scriptura. Cicero Offic. I. 36 rem optime explanat. Cum, inquit, pulchritudinis duo genera sint, quorum in altero venustas sit, in altero dignitas; venustatem, muliebrem ducere debemus: dignitatem, virilem. Sic dignitas oris, Plin. Paneg. cap. 43 dignitas formae, Sueton. Claud. 30. C.

¹³ tyranni] Dionysii.

¹⁴ muneribus] ex. ¹⁵ ei] Dioni.

¹⁶ saluum] Dionysium.

¹⁷ necessitudinem] wegen der nothwendigen angelegenheit der bekantschaft.

¹⁸ causa] seiner freunde wegen.

¹⁹ eiusque] Dionis. ²⁰ consilio] ab.

²¹ multum] frequenter. ²² tyrannus] Dionysius.

²³ ipsius] tyranni Dionysii.

²⁴ cupiditas] tyrannidem confirmandi.

²⁵ Legationes per Dionem administrabantur] Plutarchus

p 960 προσβείας μεγάλας δίδουει, πεμπόμενον πρὸς Καρχηδονίους. C.

ministrabantur: quas quidem ille diligenter obeundo, fideliter administrando, crudelissimum nomen *tyranni*, sua humanitate tegebat.

5 Hunc a Dionysio missum, ²⁶ Carthaginenses ²⁷ suspexerunt, ut neminem unquam ²⁸ Graeca lingua loquentem magis sint admirati.

II Neque vero haec Dionysium ¹ fugiebant, nam ² quanto ³ esset ⁴ sibi ornamento se sciebat, ⁵ quo fiebat, ut ⁶ uni huic maxime indulgeret, neque ⁷ eum secus diligeret ac filium. ⁷ qui quidem, cum Platonem ⁷ Tarentum venisse fama in Sicilia esset perlata, ⁹ adolescenti negare non potuit, quin ¹⁰ eum arcesseret, cum Dion eius audiendi ¹¹ cupiditate flagraret. Dedit ergo ¹² huic ¹³ veniam, ¹⁴ magnaue eum ¹⁵ ambitione Syra-

²⁶ Carthaginenses] Carthago Africae caput. v. T. I.

²⁷ suspexerunt] admirati sunt, magni aestimarunt: metaphora. Nam quando magnas res ante oculos habemus, necesse est, ut sursum videamus.

²⁸ Graeca] in.

Cap. I. ¹ Dionysium fugiebant] Dionysius haec non nesciebat i. e. bene admodum sciebat.

² quanto] in quantum. ³ esset] Dion.

⁴ sibi] Dionysio. ⁵ quo] ex.

⁶ uni] Dioni. ⁷ qui] Dionysius.

⁸ Tarentum] in Italiam Plato nauigauit Pythagoricos auditurus, Diogen. Laert. in vita p. 100. Hinc amicitia Platonis cum Archyta Tarentino, eiusque ad hunc epistolae. . C.

⁹ adolescenti] Dioni. ¹⁰ eum] Platonem.

¹¹ cupiditate] ex. ¹² huic] Platoni.

¹³ veniam] veniendi.

¹⁴ magnaue] Hoc secundo ad Siciliam aduentu factum a Dionysio iuniore: primo ad Dionysium patrem ultro venit, ut Aetnae naturam contempleretur, quod Diogenes & Plutarchus in vita, & Apuleius sub initium *cusas*

cufas perduxit. ¹⁶ quem Dion adeo admiratus
 est, atque adamavit, ut se totum ei traderet. Ne- ³
 que vero minus Plato delectatus est ¹⁷ Dione. ¹
 Itaque cum a Dionysio tyranno crudeliter ¹⁸ vio-
 latus esset, quippe quem ¹⁹ venundari iussisset,
 tamen ²⁰ eodem rediit, eiusdem Dionis ²¹ preci-
 bus adductus. Interim in morbum incidit ⁴
 Dionysius. ²² quo cum grauter conflictaretur;
 quaesivit a medicis Dion, quemadmodum se ha-
 beret? simulque ab his petiit, *si forte* ²³ *maiori*
esset periculo; ut sibi faterentur. nam velle se
cum eo colloqui de partiendo regno: ²⁴ quod ²⁵ so-
roris suae filios ex illo natos partem regni putabat
debere habere. id medici non tacuerunt, & ad ⁵
 Dionysium filium sermonem ²⁶ retulerunt.

de Habit. doct. Plat. constanter tradunt. Tertius aduen-
 tus incidit in exilium Dionis, de quo itidem Plutarchus
 p. 967. & Apuleius c. l. consulantur. C.

¹⁵ *ambitione*] *petitione, precibus.* Nam *ambire* notat ali-
 quem multis precibus fatigare, einen vms mauß geben.

¹⁶ *quem*] Platonem. ¹⁷ *Dione*] in.

¹⁸ *violatus*] Plato.

¹⁹ *venundari iussisset*] Cum Plato in patriam rediret,
 tyranni iussu clandestino per Pollidem Spartiatam, in
 Ægina, tanquam captivus Atheniensis, venundatus est.
 Plutarch. p. 960. Laert. p. 197. C.

²⁰ *eodem rediit*] Syracusas post mortem maioris Dio-
 nysii. Plato epist. 7. & Plutarch. p. 962. & hic secundus eius
 aduentus. C.

²¹ *precibus*] sc. a. precibus.

²² *quo*] cum. ²³ *maiori*] i. e. in.

²⁴ *quod*] Ordo: quod (pro eo quod) putabat filios foro-
 ris suae ex illo (Dionysio) natos partem regni habere debere.

²⁵ *sororis*] vid. cap. i. n. i.

²⁶ *retulerunt*] *vorgetragen.*

27 quo 28 ille commotus ne agendi cum 29 eo esset Dion potestas, patri 30 soporem medicos dare coëgit. Hoc aeger sumpto, 31 somno sopitus 32 diem 33 obiit supremum.

III Tale initium fuit Dionis & Dionysii simultatis, eaque 1 multis rebus aucta est: sed tamen 2 primis temporibus aliquamdiu simulata inter 3 eos amicitia mansit, cumque Dion non desisteret obsecrare Dionysium, ut 4 Platonem Athenis arcesseret, & eius consiliis uteretur; 5 ille, qui in aliqua re vellet 6 patrem imitari, 7 morem ei gessit. 8 eodemque tempore 9 Philistum

27 quo] ex quo sermone.

28 ille] Dionysius minor.

29 eo] Dionysio patre.

30 soporem] medicinam soporiferam. Plutarch. p. 960
φάρμακον ὑπνωτικόν. C.

31 somno] in.

32 diem obiit supremum] cum XXXVIII. annos regnasset, Diodor. XV. 73. C.

33 obiit] mortuus est. Metaphora sumta ex foro, in quo diem obire dicebatur, qui se sistebat ad diem praedictum: *der sich zum termine einstellte.*

Cap. III. 1 multis] ex.

2 primis] in. 3 eos] Dionem & Dionysium.

4 ut Platonem Athenis] Etiam hic secundus Platonis in Siciliam aduentus est, Plutarch. p. 962. tertium noster non attigit, is autem absente Dione factus est, ambitioso tyranni rogatu. Idem p. 965. C.

5 ille] Dionysius iunior.

6 Patrem] Dionysium seniore.

7 morem] er hat sich ihm willig erwiesen.

8 eodemque] in.

9 Philistum historicum reduxit] Philistus exulabat circa Adriam, a Dionysio maiore eiectus, quod, inconsulto ipso, fratris Leptinis filiam duxerat. Hunc reduci adulatoris iusserunt, quo esset, qui Platoni in aula opponere
historicum

historicum ¹⁰ Syracusas reduxit, hominem amicum non magis tyranno quam tyrannidi. Sed de hoc in eo meo libro plura sunt exposita, qui de historicis ¹¹ Graecis conscriptus est. Plato ³ autem ¹² tantum apud Dionysium ¹³ auctoritate ¹⁴ potuit, valuitque eloquentia, ut ¹⁵ ei persuaserit, ¹⁶ tyrannidis facere finem, libertatemque reddere Syracusanis. a qua voluntate Philisti consilio deterritus, aliquanto crudelior esse coepit.

Qui quidem cum à Dione se superari videret ^{IV} ¹ ingenio, auctoritate, amore populi, ² verens ne si ³ eum secum haberet, aliquam occasionem sui daret opprimendi; nauem ei triremen dedit, ⁴ qua ⁵ Corinthum deueheretur, ostendens, *se id utriusque facere causa, ne, cum inter se ti-*

retur. Plutarch. p. 962. Ceterum de Philisto hoc eiusque scriptis consuli Cicero potest ad Q. frat. II, 12. qui *paene pusillum Thucydidem* vocat, quia *imitator Thucydidis* fuit, ut multo infirmior, ita aliquatenus lucidior ut Fabius X. p. 743. de eo iudicat. Mores hominis & fata ex Plutarcho disces p. 962 & 973. C.

¹⁰ Syracusas] nobile oppidum Siciliae. Vid. Tab. IV.

¹¹ qui de historicis Graecis] vox Graecis meliorum codicum est: liber vero in deperditis numerandus. C.

¹² tantum] sc. in modum.

¹³ auctoritate] i. e. in.

¹⁴ potuit] valuit, er vermochte viel bey ihm. sc. efficere.

¹⁵ ei] Dionysio.

¹⁶ tyrannidis facere finem] Plato epist. 3. sub init. & Plutarch. f. 963. C.

Cap. IV. ¹ ingenio] in dem naturell.

² verens ne] indem er befürchtete, er möchte.

³ eum] Dionem. ⁴ qua] in.

⁵ Corinthum] Plutarchus p. 964 πρὸς τὴν Ἰταλίαν: vnde forsan Corinthum abiit. nam in Peloponnesum tyrannus supellectilem eius postea transmisit. ibid. C.

Emerent, alteruter alterum ⁶ praeoccuparet. Id
⁷ cum factum multi ⁸ indignarentur, ⁹ magnae-
 que esset inuidiae tyranno; Dionysius omnia
¹⁰ quae moueri poterant Dionis, in naues impo-
 suit, ad eumque misit. Sic enim existimari
³ ¹¹ volebat, id se non ¹² odio ¹³ hominis, sed ¹⁴ suae
 salutis fecisse causa. ¹⁵ Postea vero quam audi-
 vit, ¹⁶ eum in ¹⁷ Peloponneso manum compa-
 rare, ¹⁸ sibi que ¹⁹ bellum facere conari; Aretem
 Dionis uxorem, ²⁰ alii ²¹ nuptum dedit, filium-
 que eius sic educari iussit, vt ²² indulgendo tur-
⁴ pissimis imbueretur cupiditatibus. Nam puero
 priusquam pubes esset, scorta adducebantur:
²³ vino epulisque obruebatur, neque vllum tem-

⁶ praeoccuparet] einen rang abiaete.

⁷ cum] als.

⁸ indignarentur] unguetig aufnahmen.

⁹ magnae] in magnam.

¹⁰ quae moueri poterant] mobilien.

¹¹ volebat] Dionysius. ¹² odio] ex.

¹³ hominis] Dionis.

¹⁴ suae salutis causa] seiner wolfahrt wegen.

¹⁵ Postea vero quam] posteaquam vero.

¹⁶ eum] Dionem.

¹⁷ in Peloponneso manum comparare] Tertius Platonis in Siciliam aduentus intercessit, vt supra ex Plutarcho notauimus. Manus autem in exercitus notione vstata vox nostro est. vide Milt. c. 5. 1. Paus. 1. 2. Alcib. 7. n. 4 & alibi. C.

¹⁸ sibi] Dionysio.

¹⁹ bellum facere conari] minus placet Senecae epist. ¹¹⁴ dictio bellum facere: nec tamen illam vel Cicero erubuit pro Mil. b. 23. vel Liuius l. 38. vt Curis nostris Posterioribus demonstratum est. Adde nostrum Agesilao c. 2. n. 1. C.

²⁰ alii] Timocrati, Plutarch. 969. Alian. Var. XII. 47. C.

²¹ nuptum] ad f. in. ²² indulgendo] in.

²³ vino] ex vino.

pus sobrio relinquebatur. Is vsque eo vitae statum commutatum ferre non potuit, postquam in patriam rediit ²⁴ pater (namque apppositi erant custodes, qui eum ²⁵ a pristino victu deducerent) vt se e superiore parte aedium deiecerit, atque ita interierit. Sed ²⁶ illuc reuertor.

Postquam ¹ Corinthum peruenit Dion, & eodem perfugit Heraclides, ab eodem expulsus Dionysio, qui praefectus fuerat equitum: ² omni ratione bellum comparare coeperunt. Sed non multum ³ proficiebant, quod multorum annorum tyrannis, magnarum opum putabatur. quam ob causam ⁴ pauci ad societatem periculi perducebantur. Sed Dion fretus non tam ⁵ suis copiis, quam odio tyranni, ⁶ maximo animo, duabus ⁷ onerariis nauibus, ⁸ quinquaginta annorum imperium, munitum, quingentis longis nauibus, decem equitum, centum pe-

²⁴ pater] Dion.

²⁵ a pristino victu] vitae ratione & genere, quod a vulgari vocis natione recedit. C.

²⁶ illuc] ad historiam scil. Dionis, a qua diuerteram.

Cap. V. ¹ Corinthum] urbem Peloponnesi ad sinum Saronicum. vid. Tab. II.

² omni] in.

³ proficiebant] sie hatten keinen fortgang.

⁴ pauci ad societatem] ex mille exsulibus Syracusanis tantum xxv se Dioni adsociarunt. Ceteram manum minus DCCC. Zacynthum conuenire iubet, vnde contra tyrannidem profectus est. Plutarch. p. 967. C.

⁵ suis] in. ⁶ maximo] ex.

⁷ onerariis] Plutarch. p. 968 *σφόδρα δύο ναῦς, duae rotundae naues*, id est onerariae, quae longis siue bellicis opponuntur. C.

⁸ quinquaginta annorum imperium] pater xxxviii, filius xii annos imperauit. Diodor. XV. 73. C.

ditum millibus, profectus oppugnatum; ⁹ quod (omnibus gentibus admirabile est visum) adeo facile perculit, vt post diem tertium, quam
 4 ¹⁰ Siciliam attigerat, Syracusas introierit. Ex quo intelligi potest, nullum esse imperium tutum, nisi ¹¹ beneuolentia ¹² munitum. ¹³ Eo tempore aberat Dionysius, & in ¹⁴ Italia classẽm opperiebatur, aduersariorum ratus neminem sine magnis copiis ad se ¹⁵ venturum. quae res eum fefellit. Nam Dion iis ipsis, qui sub aduersarii fuerant potestate, ¹⁶ regios spiritus repressit, totiusque eius partis Siciliae potitus est, quae sub Dionysii potestate fuerat: parique modo vrbs Saracusarum, praeter arcem, & insulam adiunctam oppido, eoque rem perduxit, vt ¹⁷ talibus pactionibus pacem tyrannus facere

⁹ quod] se. imperium.

¹⁰ Siciliam attigerat] exscendit apud Minosam, Carthaginensis ditionis oppidum. Diodor. XVI. 9. Plutarch. 969. C. vid. Tab. IV.

¹¹ beneuolentia]

¹² munitum] Cicero Philipp. II. c. 44. caritate & beneuolentia ciuium septum esse oportet, non armis. Plinius Paneg. c. 49 frustra se terrore succinxerit, qui septus caritate non fuerit; armis enim arma irritantur. C.

¹³ eo] in.

¹⁴ in Italia classẽm operiebatur] Caulone in Bruttis prope Locros. Diodor. XVI. 11. C.

¹⁵ venturum] esse.

¹⁶ regios spiritus] ferociam & superbiam. Caesar B. Gall. l. 33 Ariouistus tantos sibi spiritus, tantam arrogantiam sumserat, vt ferendus non videretur. Seneca Troade v. 252

spiritus quondam truces.

Minaeque tumidi lentus Aeacidae tuli. C.

¹⁷ talibus] sub.

¹⁸ vellet :

18 vellet: Siciliam Dion¹⁹ obtineret, Italiam Dionysius, Syracusas²⁰ Apollocrates, cui maximam fidem vni habebat²¹ Dionysius.

Has tam prosperas, tamque inopinatas res VI
consecuta est subita commutatio: ¹ quod fortuna sua ² mobilitate, ³ quem paullo ante extulerat, ⁴ demergere est adorta. Primum in filium, de quo commemoravi⁵ supra, saevitiam suam ⁶ exercuit, nam cum ⁷ uxorem ⁸ reduxisset, quae alii fuerat tradita, filiumque vellet reuocare ad virtutem a perdita luxuria, ⁹ accepit gravissimum parens vulnus¹⁰ morte filii: deinde ³ orta dissensio est inter ¹¹ eum & ¹² Heraclidem: ¹³ qui quidem principatum non concedens, factionem comparavit. neque is minus valebat

¹⁸ vellet] significanter vellet. Non enim facta pax, recusantibus Syracusanis, qui viuum capturos se tyrannum sperabant. Plutarch. p. 974. C.

¹⁹ obtineret] ut.

²⁰ Apollocrates] filius Dionysii natus maximus, cui arcem pater tuendam tradiderat, cum in Italiam proficisceretur. Plutarch. c. l. C.

²¹ Dionysius] vulgo Dion: Lambinus emendavit Dionysius, quod Bosius probat, & res ipsa postulat. C.

Cap. VI. ¹ quod] weil. ² mobilitate] in.

³ quem] eum, quem, sc. Dionem.

⁴ demergere] periculis, quasi sub undis.

⁵ supra] c. 4. ⁶ exercuit] Dionysius.

⁷ uxorem] Areten. vid. c. 4.

⁸ reduxisset] recepisset precibus Aristomaches fororis, & utriusque flebili habitu inductus. Plutarch. p. 980, C. Reduxisset ergo est iterum duxisset.

⁹ accepit vulnus] Plinius Epist. VIII. 5 Graue vulnus Marinius noster accepit. amisit uxorem singulari exempli. C.

¹⁰ morte] ex. ¹¹ eum] Dionem.

¹² Heraclidem] vid. c. 5. ¹³ qui] Heraclides.

apud optimates; quorum ¹⁴ consensu praerata
 classi, cum Dion exercitum pedestrem ¹⁵ teneret,
 4 Non ¹⁶ tulit hoc animo aequo Dion, & versum
 illum Homeri retulit ex secunda ¹⁷ rhapsodia, in
 quo haec ¹⁸ sententia est: *Non posse bene geri rem-
 publicam vultorum ¹⁹ imperiis.* Quod dictum
 magna invidia consecuta est. namque aperuisse
 videbatur, ²⁰ se omnia in sua potestate esse velle,
 5 ²¹ Hanc ²² ille non lenire obsequio, sed acerbitate
 opprimere studuit, Heraclidemque, cum
 Syracusas venisset, ²³ interficiendum curavit.

VII Quod factum omnibus maximum timorem
 iniecit. nemo enim ¹ illo interfecto se tutum
 putabat. ² Ille autem ³ aduersario remoto ⁴ li-

¹⁴ consensu] ex.

¹⁵ teneret] sc. in sua potestate: unter seinem commando hatte. Sic in vit. Pelopidae c. IV. alterum tenuit cornu.

¹⁶ tulit animo aequo] er hat es für gut aufgenommen.

¹⁷ rhapsodia] carminum libro. Vocantur rhapsodiae, quia canebantur, a quibusdam baculum rubrum, si Ilias; croceum si Odysea canebatur, in manu tenentibus. vid. Scalig. Poet. p. 101.

¹⁸ sententia] ex secundo libro Iliados, cuius versu 204 dicitur:

Ὀὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη. εἰς κοίρανον ἕνα.
 Abusi hoc versu tyranni sunt apud Suetonium, Caligula c. 22. Domitianus c. 12. C.

¹⁹ imperiis] ex. ²⁰ se] Dionem.

²¹ hanc] inuidiam. ²² ille] Dionem.

²³ interficiendum curavit] Erat Heraclides παραχάριστος καὶ σασιασμός homo turbulentus & seditiosus, quem Dio antea liberauerat, ne interficeretur: iam vero iisdem interfici ἐπέτρεψεν. permittit. Plutarch. p. 981. C.

Cap. VII. ¹ illo] Heraclide. ² ille] Dionem.

³ aduersario] Heraclide.

⁴ licentius eorum bona differtivit] Silent de hoc Plutarchus & Diodorus. C.

centius eorum bona, quos sciebat aduersus se ² sensisse, militibus dispertit. Quibus diuisis, cum quotidiani maximi fierent sumtus, celeriter pecunia deesse coepit: neque ⁵ quo manus porri-geret ⁶ suppetebat, nisi amicorum possessiones. ⁷ Id huiusmodi erat, vt, cum milites reconcilia-
set, ⁸ amitteret optimates. Quarum rerum ⁹ cura ¹⁰ frangebatur, & ¹¹ insuetus male audi-
endi non aequo animo ferebat, de se ab iis male existimari, quorum paullo ante in coelum fue-
rat elatus laudibus. vulgus autem, offensa in eum militum voluntate, liberius loquebatur, & tyrannum non ferendum dictitabat.

Haec ille intuens, cum, quemadmodum se da- ^{viii} ret, nesciret, & quorsum euaderent, timeret: ¹ Callicrates quidam, ciuis Atheniensis, qui si-
mul cum eo ex ² Peloponneso in ³ Siciliam vene-
rat, homo & callidus & ad fraudem acutus, sine
vlla ⁴ religione ac fide, adit ad Dionem, & ait: ⁵ eum in magno periculo esse, propter offensionem ²

⁵ *quo manus porri-geret*] vnde scil. aliquid sumere po-
uisset.

⁶ *suppetebat*] war bey der hand.

⁷ *id*] ex amicorum bonis distribuere militibus.

⁸ *amitteret*] amicos. ⁹ *cura*] ex.

¹⁰ *frangebatur*] angebatur, debilitabatur, per metapho-
ram. die sorge nahm ihn sehr mit.

¹¹ *insuetus male audiendi*] er war ohngewohnt, etwas übel-
von sich anzuhören.

Cap. VIII. ¹ *Callicrates quidam*] Callippum Plutarchus
vocat. Breui post eodem ille gladio, quo Dionem per-
cusserat, interfectus fuit. Plutarch. Dione extr. C.

² *Peloponneso*] Insula maris Ionii. vid. Tab. II.

³ *Siciliam*] insulam maris mediterranei. vid. Tab. IV.

⁴ *religione*] chrsfurcht. ⁵ *eum*] Dionem.

populi

populi⁵ odium militum, ⁶ quod nullo modo euitare posset, nisi alicui suorum negotium daret, qui se simularet ⁷ illi inimicum. quem si inuenisset idoneum, facile omnium animos cogniturum, aduersariosque sublaturum, quod inimici ⁸ eius ³ ⁹ dissidenti suos sensus aperturi forent. Tali consilio probato excipit has ¹⁰ partes ipse Callicrates, & se armat ¹¹ imprudentia Dionis: ad eum interficiendum socios conquirat. aduersarios ⁴ eius conuenit, coniurationem confirmat. res ¹² multis consciis, quae gereretur, elata refertur ad Aristomachen sororem Dionis, vxoremque Aretem. Illae timore perterritae ¹³ conueniunt, cuius de periculo timebant. At ille negat, a Callicrate fieri sibi insidias, sed illa, quae agentur, fieri ¹⁴ praecepto suo. Mulieres nihilo secius Callicratem in aedem Proserpinae deducunt, ac ¹⁵ iurare cogunt, nihil ab illo periculi fore Dioni. Ille hac ¹⁶ religione non modo ab ¹⁷ incepto non deterritus, sed ad maturandum

⁶ quod] periculum. ⁷ illi] Dioni.

⁸ eius] Perizonius ad Minerv. p. 84. & 320 pronomen eius ad dissidenti refert non ad inimicos; & subaudiē homini. C.

⁹ dissidenti] der mit ihm uneins wäre.

¹⁰ partes] amt. ¹¹ imprudentia] ex. f. ab.

¹² multis] ab multis elata.

¹³ conueniunt] sc. eum. ¹⁴ praecepto] ex.

¹⁵ ac iurare cogunt] Iurisiurandi formam Plutarchus refert talem, quae apud id genus hominum sanctissima erat. Scilicet sacris certis in templo peractis, indutus vestem deae purpuream, & ardentem facem manu tenens iurauit. C.

¹⁶ religione] iurisiurandi praestiti,

¹⁷ incepto] interficiendi Dionis.

concitatus

concitatus est, ¹⁸ verens, ne prius consilium suum aperiretur, quam conata perfecisset.

¹ Hac mente proximo ² die festo, eum a con- IX
ventu ³ remotum se Dion domi teneret, atque in
conclavi edito recubuisse, consciis loca muni-
tiora oppidi ⁴ tradidit, domum custodibus se-
pfit, foribus, qui non discederent, certos praefe-
cit: nauem triremen armatis ornat, ⁵ Philostrato- 2
toque fratri suo tradit: eamque in portu agitari
iubet, ⁶ ut si exercere remiges vellet: cograns,
si forte consiliis obstitisset fortuna, ut haberet,
quo fugeret, ad salutem. Suorum autem e nu- 3
mero ⁷ Zacynthios adolescentes quosdam ele-
git, cum audacissimos, tum ⁸ viribus maximis:
hisque dat negotium, ut ad Dionem eant iner-
mes, ⁹ sic ut ¹⁰ conueniendi eius gratia videren-
tur venire. hi propter ¹¹ notitiam sunt intromissi.
At illi, ¹² ut ¹³ limen eius intrarunt, foribus ob. 4

¹⁸ verens, ne] *indem er befürchtete, es möchte.*

Cap. IX. ¹ hac] *in.*

² die festo] *év τοῖς Κηρείοις, Proserpinae festo die,*
per cuius numen peierauerat, facinus patrauit. *Plu-*
tarch p. 982. C.

³ remotum] *entfernet.* ⁴ tradidit] *Callicrates.*

⁵ Philostratoque] *ita MSS. Vulgo Philocrati. C.*

⁶ ut si] *als wenn.*

⁷ Zacynthios] *ex insula maris Ionii Zacyntho, quae ho-*
die Zante vocatur, oriundos. vid. Tab. II.

⁸ viribus] *praeditos.* ⁹ sic ut] *gleich als.*

¹⁰ conueniendi eius gratia] *Facilis aditus Zacynthiis;*
quorum insulam sedem habuerat Dion, cum bellum ty-
ranno exsul inferret. Diodor. XVI. 9. Plutarch. 967. C.

¹¹ notitiam] *quia Dioni & eius domesticis erant noti.*
Notitia h. l. passiuè sumitur, quando scil. ab aliis no-
scimur: actiuè enim est, quando aliquid scimus.

¹² ut] *nachdem.*

XI. IPHI-

seratis in lecto ¹⁴ cubantem inuadunt: colligant,
 5 sit strepitus, adeo ut exaudiri posset foris ¹⁵ Hic,
 sicut ante dictum est, quam inuisa sit ¹⁶ singu-
laris potentia, & ¹⁷ miseranda vita, qui se metui,
 quam amari malunt, cuius facile ¹⁸ intellectu
 6 fuit. Namque illi ipsi custodes, si ¹⁹ propitia
 fuissent ²⁰ voluntate, ²¹ foribus effractis seruare
 eum potuissent, quod ²² illi inermes telum foris
 flagitantes viuum tenebant. cui cum succur-
 re et nemo, Lyco quidam Syracusanus per fenestras
 gladium dedit, quo Dion interfectus est.

X ¹ Confecta caede cum multitudo visendi gra-
 tia introisset, nonnulli ab insens pro noxiis
 conciduntur. nam ² celeri rumore dilato, Di-
 oni vim allaram, multi concurrerant, quibus ta-
 2 le facinus displicebat. Hi ³ falsa suspitione du-
 cti, immerentes ut sceleratos occidunt. Huius
 4 de morte, ut palam factum est, mirabiliter vul-

¹³ *limen*] pro ianua, tanquam pars pro toto.

¹⁴ *cubantem*] Dionem.

¹⁵ *Hic*] aduerb. hoc loco, vel in hoc exemplo.

¹⁶ *singularis potentia*] monarchia. Scripsit autem haec
 Nepos ante firmatam Caesarum dominationem. C.

¹⁷ *miseranda vita, qui se metui malunt*] Cicero Philipp.
 I. c. 14 *metui & in odio esse, (est) inuidiosum, detestabile,*
imbecillum, caducum. C.

¹⁸ *intellectu*] zuverstehen.

¹⁹ *propitia*] praediti.

²⁰ *voluntate*] fauore. Nam bene cui velle est fauere.

²¹ *foribus*] nachdem die thüren erbrochen.

²² *illi*] Zacynthii.

Cap. X. ¹ *confecta caede*] postquam caedes esset
 confecta.

² *celeri*] nachdem ein geschwinder ruff war ausgebreitet
 rufen.

¹⁷ *incepto*] ⁴ *de*] post.

gi mutata

gi mutata est voluntas. Nam qui viuum eum tyrannum vocitarant, eundem liberatorem patriae, tyrannique expulsorem praedicabant. Sic subito misericordia odio successerat, vt eum ³ suo sanguine, si possent, ⁵ ab Acheronte cuperent redimere. Itaque in vrbe, ⁶ celeberrimo ⁴ loco ⁷ elatus, ⁸ publice sepulcri monumento donatus est. ⁹ diem obiit circiter ¹⁰ annos quinquaginta quinque natus, quartum post annum, ¹¹ quam ex Peloponneso in Siciliam redierat.

⁵ ab Acheronte redimere] Per similitudinem Cicero pro Marcell. c. 6 si fieri possit, C. Caesar ab inferis excitaret interemptos proelio Pompeianos. Mollior quidem vox inferorum, quam Acherontis, quae aliquid poeticum videtur spirare; etiam vltatior est, v. gr. Cicero Catil. II. 9 vs si salui esse velint, Sylla sit iis ab inferis excitandus: & Liuius XXVI. 32 si ab inferis existat rex Hiero: tamen etiam altera vsus est idem Cicero post Red. in Sen. c. 10 Metellos poene ex Acheronte excitatos. C.

⁶ celeberrimo loco] foro, vti ex consuetudine Graecorum Kirchmannus de Funer. II. 26 iudicat. Hi enim illustriora funera intra urbem, & quidem in foro, sepeliebant, quod multis ibidem exemplis probatum est. C.

⁷ elatus] ex aedibus ad sepulcrum.

⁸ publici sepulcri monumento donatus] publico sumtu monumentum exstructum est, vt publice inciso ad elatus separetur. Sepulcri vero monumentum nihil tautologum suspectumue habet, vt frustra Lambinus timebat. Nam etiam Cicero easdem voces coniunxit Tuscul. I. 14. Quid ipsa, inquit, sepulcrorum monumenta, quid elogia significent, nisi nos futura etiam cogitare? C.

⁹ diem obiit] mortuus est.

¹⁰ annos] ante.

¹¹ quam] als, nachdem.

XI.

IPHICRATES,

ARGUMENTVM.

1. Iphicrates non tam rebus gestis, quam disciplina militari & mutatis armis notus, 2. bellum gessit cum Thracibus, & apud Corinthum exercitatissimo milite Lacedaemonios fugavit: Persarum conductitus in Aegypto praefuit: & Epaminondam retardauit. 3. Admirabilis imperator, bonus ciuis magnaue fide, suorum semper fauore usus. Huic filius scite exprobrauit uxorem barbaram.

Iphicrates Atheniensis non tam ¹ magnitudine rerum gestarum, quam disciplina militari nobilitatus est. Fuit enim talis dux, vt non solum aetatis suae cum primis compararetur, sed ne ² de maioribus natu quidem quisquam anteponeretur. Multum vero in bello ³ versatus, saepe exercitiis praefuit, nusquam ⁴ culpa (sua) male rem gessit, semper ⁵ consilio vicit; tantumque ⁶ eo valuit, vt multa in re militari partim noua attulerit, partim meliora fecerit.

Cap. I. ¹ non tam magnitudine] i. e. ex. Quidam libri non tam genere & magnitudine rerum gestarum, alii, non tam genere, quam magnitudine. Sane genus eius haut clarum fuit. qui Platarcho teste Apopthegm. p. 186 δονῶν υἱὸς εἶναι σκοποτόμω cordonis filius esse putabatur. Vnde cuidam ex Harmodii posteris, generis ignobilitatem exprobranti, respondit, τὸ μὲν ἐμὸν ἀπ' ἐμῆ γένεσ' ἀρχεται, τὸ δὲ σὸν ἐν σοὶ πάυεται. C.

² de] ex. ³ versatus] herum getummelt.

⁴ nusquam culpa sua] Addunt sua manuscripti quidam libri, vt fortius culpae alienae opponatur. Non enim semper vicit, sed etiam male rem gessit, praeter tamen culpam suam, v. gr. in Aegypto culpa Pharnabazi apud Diodorum XV. 43. C.

⁵ consilio] ex. ⁶ eo] scil. consilio.

namque